

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni  
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones  
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis  
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

**Henricus, de Sancto Ignatio**

**Leodii, 1709**

Caput 27. Satisfit argumentis contradicentium hæreticorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](#)

348 Et S. Germanus ep. Const. Theor. rer. Eccles. to. 8. Biblioth. Patrum: Obserat Sacerdos, ut fiat, sive transmutetur ipse panis & viuum in corpus & sanguinem Christi.

349 Et Damascenus, 4. fid. orthod. c. 4. ex eo quod Christus non dixit, hoc est figura corporis mei, sed hoc est corpus meum, postea dedit, quod ad illa verba supervenit Spiritus sanctus, per quem panis sit corpus Christi.... Quod si queras (inquit) quod puto id fiat? fatus tibi sit audire, quod per Spiritum sanctum id fiat; quemadmodum ex sancta Dei Matre per Spiritum sanctum, Dominus sibi ipsi carnem condidit: nec quidquam amplius nobis perspectum & exploratum est, quam quod verbum Dei (hoc est corpus meum) est verum & efficax, atque omnipotens ut ea efficiat, que nulla ratio humana queat indagare. Quia ne hoc quoque alienum fuerit dicere, quod quemadmodum naturaliter panis per manducationem, & viuum & aqua in bibentibus & comedentibus corpus & sanguinem immutatur, sic panis & viuum, quia proponuntur in altari, per sancti Spiritus invocationem & adventum, mirabiliter modo in Christi corpus & sanguinem vertuntur.

350 Et Paschatus l. de corp. & sang. Dom. Sensibilis res, panis scilicet & viuum, intelligibiliter virtute Dei, per verbum Christi, in carnem ipsius & sanguinem divinitatis transformatur. Similia videri posunt apud Amalarium & Drutmarum (Specil. to. 7.) Remigium Anisidor. in cap. 10. Epist. 1. ad Cor. Bedam homil. hiecum, de SS. Epiph. Fuitbertum Carnotensem epist. 1. Algerum l. 1. de corp. & sang. Dom. c. 6. ubi absurdissimam de impanatione heresim, suo tempore exortata, refellit.

351 Finio cum Euthymio & Theophylacto. Quorum ille cap. 64. in Matth. explicans verba Christi, hoc est corpus meum, dicit, quod id est Christus non dixit: hec sunt signa corporis & sanguinis mei, sed hec sunt corpus meum. Quia, quemadmodum supernaturaliter assumptam carnem doceavit, & hec (panem scilicet & viuum) ineffabiliter transmutat in vivificum corpus, & in ipsum pretiosum sanguinem suum. Theophylactus verò in cap. 26. Matth. dicens: hoc est corpus meum, ostendit quod ipsum corpus Domini est panis qui sanctificatur in altario... ineffabiliter enim operatione transformatur... & idem panis quidem apparet, sed revera caro est. Et in cap. 14. Marci: hoc est corpus meum... Non enim figura & exemplar quoddam Dominicorum corporis panis est, sed in illud ipsum converteritur corpus Christi.

## C A P U T X X V I I .

Satis argumentis contradicentium hereticorum.

352 Objicunt 1. in Evangelio nulla sit mentio transubstantiationis, nec apud Matthæum, nec apud Marcum, nec apud Lucam, sicut nec apud Paulum. Quia nihil ibi legitur de mutacione substantiae panis in substantiam corporis Christi, cuius latenter fieri debuit in descriptione historiæ institutionis hujus mysterii.

Respondeo Lutheranos & Calvinistas sic objiciendo 1. egregios esse imitatores Arianorum, Sabellianorum, &c. qui similiter modo objiciebant in Scriptura nullam fieri mentionem Trinitatis, quia nulla Scriptura dicit quod natura Patris Filio communicetur, non communicat paternitate, quodque Filius ita sit realiter unum cum Patre in natura, ut non sit realiter unum in persona. Cui objectioni quemadmodum occurrit, dicendo, quod Trinitatis mysterium comprehendatur in his Scriptura verbis: Tres sunt qui testimonium dant in celo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus, &

bi tres unum sunt, 1. Joan. 5.1. Quia Joannes declarando distinctionem Personarum, carumque unitatem, id totum comprehendit, quod tangitur in objectione Arianorum & Sabellianorum. Sic objectioni Lutheranorum & Calvinistarum occurrit, dicendo, quod Christus mutationem substantiae panis in substantiam corporis sui comprehenderit, dicendo: hoc est corpus meum: cum enim in hiis verbis omnes Patres, omnesque Christianæ Nationes & Societates cum universa Ecclesia comprehensam intelligent mutationem substantiae panis in substantiam corporis Christi, sicut Lutherani & Sacramentarii id negent, ipsorum est probare, non supponere, quod non comprehendunt, ipsique hodie merito regeruntur, quod Manichæi olim Augustinus: Vos tam paesi, & tam turbulenti, & tam novi, nemini dubiam est, quin dignum anthoritate, contra fidem omnium faculorum, unanimque intelligentiam omnium Patrum, totiusque Ecclesiæ, nibil proferatis.

Objicunt 2. transubstantiationis nomen est 353 in Ecclesia novum: neque enim in Scripturis à Spiritu sancto, neque ab Apostolis, neque à Patribus usurpatum legitur, sed à Concilio Lateranensi post 1200. annos in Ecclesiæ invèdem.

Respondeo similiter Arianos confunditatis nomen olim calumniatos suffit. Quibus sicut Ecclesia per Athanasium respondit fatis esse quod res illa nomine significata, non est in Ecclesia nova, sed in Scripturis & Patribus declarata; quam Ecclesia novo vocabulo idem exprefset, ad novam heresim opportuno vocabulo significantiū redundandam: sic illud idem sibi repertum accipiant Lutherani.

Objicunt 3. Ambrosum 1. 4. de Sacram. c. 354 dicentem: Si tanta vis est in sermone Domini Jesu, ut inciperent esse qua non erant; quanto magis operarios est, ut sint quae erant. & in aliud commutentur. Ergo cum corpe & sanguine Christi manent, quæ erant substantia scilicet panis & vini.

Respondeo negando consequentiam. Tum quia in aliis codicibus legitur: quando magis operarios est, ut que erant, in aliud commutentur, ut Lanfrancus obseruat. Tum quia panis & viuum in Eucharistia sunt quæ erant quod accidentia sua, & in aliud commutantur quoad substantiam.

Objicunt 4. Chrysostomum in epist. ad Caesarium Monachum, ubi sic: Sicut enim antequam sanctificetur panis, panem nominamus: divinam autem illum sanctificantem gratiam, mediante Sacerdote, liberatus est quidem appellatione panis; dignus autem habitus Dominicorum corporis appellatione; etiamque natura panis in ipso permanens. & non duo corpora, sed unus corpus Filii predicatorum, &c.

Respondent aliqui nullam Chrysostomi ad Caesarium epistolam extare, illamque, quia obicitur, supposititiam esse. Sed quia Emericus Bigotus obiecta epistola codicem maius scriptum in Bibliotheca PP. Dominicanorum Florentini competit, aliter.

Respondeo nihil in epistola ista contrarium esse 355 transubstantiationi, imo transubstantiationem in ea aperte trahi: si enim post consecrationem iam non duo corpora, sed unus corpus Filii Dei: igitur post consecrationem non manet panis in substantia. Alius in corpore Filii corpus est panis; duoque propriae corpora. Per naturam ergo panis, quam cum corpore Christi dicit permanere, non intelligit corpus, seu substantiam, vel naturam interiorum panis, seu naturam stricte & in philosophico rigore acceptam, prout ab accidentibus distinguitur, sed complexionem accidentium seu qualitatibus sensibilium, quibus quidpiam vel quispiam dicitur esse talis vel talis naturæ, unius

naturā frigidus, alter calidus, &c. Neque enim vox *natura* à Scriptoribus antiquis in illo semper rigore philosophico sumitur, sive apud Graecos, sive apud Latinos; sicut neque vox *substantia*, prout confatex eo quod Hilarius can. 10. in Matth. in Resurrectione futurum esse dicat, ut caro nostra refundatur in naturam spirituali anima. Et idem est de voce *essentia*, quā veteres Patres Graci & Latini non semper utuntur ad significandum aliquid a proprietatibus difficietum, sed sēpē ad significandas ipsas ēst proprietas: naturam enim, substantiam & essentiam rei accipiunt, non secundum quod in se est, sed secundum quod sub sensum cadit, remque unam ab alia sensibili dīscernit; præterea cum ipsa quoque accidentia, adeoque naturam & substantiam suam habeant, vices itas non in rigore metaphysico, sed secundum frequentem sermonis utrum accipiendo. Nihil proinde ex illis vocibus, utpote nūm̄ aequivoce, & variae acceptio[n]is, hæretici concludere possunt.

Obiciunt s<sup>o</sup>. Theodoretum, Lutherani contra transubstantiationem, Calvinistas contra realem Chilli in Eucharistia præsentiam. Utique ex Dialogo ipsius contra Eutychianos, in quibus Catholicum introducit sub nomine *Orthodoxi* disputant contra Eutychianum sub nomine *Eraspi*. Calvinista obiectum ipsum Dialogo primo dicentem, quod Dominus in hoc mysterio nomina mutavit, corporice dedit symbolo nomen, symbolo nomen corporis, & quia similitipsi dedit nomen vineae, symbolo dedit sanguinis nomen. *Volebat enim (inquit) eos qui sunt mysteriorum participes, non attendere naturam eorum que videtur, sed propter nominum mutationem, mutationem, qua sit ex gratia, credere.*

Et confirmatur, quia Theodoretus eo Dialogo probare intendit contra Eutychianum, Verbum (ut ipso immutabile) non est factum carnem per mutationem sui in carnem, sed per carnis assumptionem, et inde induendo tamquam velamine. Quod probat ex Hebr. 10. *Initiavit nobis viam novam per velamen, id est carnem suam.* Quodque carnem assumptionis tamquam vestimentum, probat ex Genesis 49. ubi Jacob de Messia loquens: *Lavabit (inquit) in uino stolam suam, et in sanguine uva pallium suum.* Per solam enim, palliumque, Christi corpus intelligit. Neque enim vestimenta sua à carne sua distincta, Salvator lavasse legitur in sanguine uva; sed cum de se ipso dixerit: *Ego sum uitis vera, illius vinea fructus sanguis est Christi.* Scimus autem ex vulneribus Salvatoris fontes sanguinis in reliquo corpus ipsius fluxisse; idēque Prophetam merito prædictis, quod lavaret in uino stolam suam, & in sanguine uva pallium suum: *Sicut enim nos mysticorum uiti fructu p[ro]p[ter] sanctificationem, sanguinem Dominicum appellamus; sic vera uitis sanguinera uiva sanguinem nominavimus.* Sic etiam corpus suum Christus nominavit panem, & carnem frumentum, & in institutione Eucharistie visibilis symbola corpus & sanguinem appellavit, sed naturam non mutavit: qui enim corpori naturale frumentum & panem appellavit, & vitrea rufus seipsum nominavit, is visibilis symbola corporis & sanguinis appellatione honoravit, non naturam mutans, sed natura gratiana addens.

Secundus locus Theodoreti, cui Lutherani multum inservit, defumitur ex Dialogo secundo, ubi Erasmus dicit: *Retibus, quae ipse texi, copias es: Negue enim symbola mystica, post classificationem recessunt a sua natura: manent enim in priore substantia, & figura, & forma, & uideri tangue possunt, & creduntur, & adorantur, ut que illa sint quae creduntur.*

360 Verum-enimvero, nec Lutherani, nec Calvini.

Tom. III.

Q. 2

nisi gloriabuntur Theodoretum esse suum, si ad duas reflectant regulas. Prima, quod cū verisimile non sit, Authorēm celebrem in re magni momenti variū fuisse, sibiique contrarium; vera intelligentia cuiusque expressionis ipsius talis esse debet, ut cum ceteris expressionibus ipsius concordet. Cūmque probable non sit doctissimum Theodoretum in puncto Eucharistia à sui temporis Ecclesia discordasse: necessariō conficiunt, sensum cuiusque expressionis ipsius conformem esse sensui Orthodoxorum sui temporis, ceterarumque expressionum ejusdem Theodoreti, ita ut ex dictis sensibus, si unus concordet cum sensu Orthodoxorum sui temporis, ceterarumque expressionum Theodoreti; alius vero sensus non concordet; ille, non ille, haud dubiū habendus sit genuinus & verus.

Secunda regula est, quod sensus verus aliquius 361 expressionis delumendus non sit ex sola litterali significatione singulorum terminorum, sed ex conjunctione omnium, & idā quam ex ejusmodi coniunctione fidēles concipere solent. Unde quia fidēles, auditā hac propositione, *Verbum caro factum est,* concipere solent verum esse factum hominem, verus sensus illius propositionis est, quod Verbum non solum assumperit carnem, sed corpus & animam hominis. Et quia per mutationem Eucharisticam fidēles intelligere solent non qualcumque, sed substantialē; de ea intelligunt Patres, dum in Eucharistia dicunt panem in Christi corpus converti, seu mutari. Hoc posito

Ad primum Theodoreti locum respondeo, Calvinistas inde perperam concludere, quod sicut Genet. 49. sanguis Christi non vocatur sanguis uve in sensu proprio, sed metaphorico; ita fructus vineae à Theodoreto non vocetur sanguis Christi in sensu proprio, sed metaphorico. Quia expressiones itas Theodoretus in eo comparat, in quo habent similitudinem; non in eo in quo Theodoretus ipse carum agnoscit dissimilitudinem. In eo similitudinem habent, quod sicut Christus scipsum vineam & frumentum appellat, & tam sanguinem ipsius Propheta uva sanguinem vocat, & Christus corporis sanguinisque nomine honoravit id quod naturā suā panis erat, & vinum; sic panis & vinum naturā suā haud magis sunt corpus sanguinisque Christi, quam Christus ipse naturā suā vitis suā & vinum. In eo vero dissimilitudinem agnoscit Theodoretus, quod Christus, vocando se vitam, se non mutavit in vitam; neque vocando se panem, se mutavit in panem; nec proinde fecit, ut panis vitisque nomine sibi realiter convenirent: sic vero panem vocavit corpus suum, ut panem realiter mutaverit in corpus suum; siceram vinum appellavit sanguinem suum, ut ipsum realiter mutaverit in sanguinem suum; sicutque posteriores expressiones in reali conversione fundantur, non priores.

Quod autem Theodoretus hanc dissimilitudinem agnoverit, inter priores posteriorēque expressiones; quod (inquam) agnoverit nominis panis & vini Eucharistici à Christo mutata esse in nominis corporis & sanguinis sui, re ipsa convertendo panem vinumque in corpus & sanguinem suum, constat i<sup>o</sup>. ex eo quod in priori loco sic scipsum explicet: *Volebat enim eos qui dñe mysteria participant, non attendere naturam eorum qua cernuntur, sed per nominum mutationem, mutationis, qua ex gratia facta est, fidem adhibere.* Volut ergo mutationem nominum factam, propter mutationem qua in hoc mysterio realiter facta sit per gratiam; voluit (inquam) mutationem nominum, in hoc mysterio idē factam, ut fideliis quisque crederet mutationem qua in re fit per gratiam. Id enim exp̄ē declarat, dum de us loquitur, qui mysteriis participant, ipsique ju-

bet non attendere ad naturam rerum quæ videntur, sed credere mutationem ex gratia factam.

**363** 2º idipsum amplius confit ex posteriori loco, ubi explicans, qualis sit ista per gratiam facta mutatio: Est enim (inquit) mutatio quæ non certatur oculis, sed mente intelligitur: intelligentur autem ea esse quæ facta sunt, & creduntur, & adorantur, ut que illa sint quæ creduntur. Hæc Theodorus expreſſe dicit de pane & vino, que Christi corpus & sanguis appellantur. Nihil autem simile dicit de Christo, dum vitis & frumentum nominatur. Neque enim Christus intelligitur, neque creditur factus vitis & frumentum, neque adoratur ut factus vitis & frumentum. At vero panis & vinum intelligentur & creduntur illa quæ facta sunt, corpus scilicet & sanguis Christi, & ut facta corpus & sanguis Christi adorantur.

**364** 3º idipsum confit ex eo quid expressum Theodoreti despūta sit ex Liturgia in Ecclesia tunc usurpatæ, invocationeque Sacerdotis, de qua paulo ante mentio facta est. Per itam namque invocationem Sacerdos expreſſe postulabat à Deo, ut panis & vinum à Deo fierent corpus sanguisque Christi. Quem fuisse Ecclesia loquendi modum Theodori tempore certum est ex Constitutionibus Clementis, Eusebii Cæsariensi, Cyrillo Hierosolymitano, Gaudentio, & Augustino.

**365** 4º ipsemet contextus id manifestat: in eo namque Eranites Orthodoxorum compellit ad confitendum, quid symbola, quæ ante consecrationem vocabantur panis & vinum, post consecrationem vocentur corpus & sanguis Christi. Et ut ostendat se non loqui de nominibus sine re, concludit sic: *Et credis te corpus Christi, & sanguinem percipere?* Respondet Orthodoxus: *Ita credo. Ergo (inquit Eranites) mutatus est panis.* Utique in corpus Christi, quod se percipere Orthodoxus proximè confessus est: quippe ideo Eranites ipsum compulit ad id confitendum, ut ex ista confessione inferri possit, ut de facto inferi, quid symbola alia sint ante consecrationem, alia post consecrationem, per eamque proinde mutentur, unque in corpus sanguinemque Christi. Dum ergo Theodorus subiungit, quid symbola intelligentur ea esse quæ facta sunt, & creduntur, & adorantur, ut que illa sint quæ creduntur. Confer igitur imaginem cum archetypo. & videbis similitudinem. Operis enim figuram esse similem veritatis. Illud enim corpus priorem habet formam, & circumscriptiōnē, & ut semel dicam, corporis substantiam, immortale autem post Resurrectionem, & immutabile à corruptione factum est. sedemque a dextris adestum ab omni creatura adoratur. Quia Domini natura corpus appellatur.

Recte Theodorus at: *Confer igitur imaginem cum archetypo:* quia Eranites argumentatum tuerat, non à pane & vino, sed à symbolis, id est à speciebus panis & vini, ad corpus Christi jam glorificatum, velut ab imagine ad archetypum. Et inde Theodorus insularat, symbola illa veri corporis Christi esse symbola: Optimè, oportet enim imaginis esse archetypum, nam & pictores naturam imitantur, & eorum que videntur pugnant imagines. Si igitur divina mysteria antiqua sunt corporis veri: corpus ergo Domini nunc, quoque corpus est, non in divinitatem naturam mutatum, sed divinam gloriā repletum. Itaque argumentum Eutychiani inferuntur naturam humanam in Christo converfant in naturam divinam, ex eo quid panis in Eucharistia conversus fit in corpus Christi, Orthodoxus bene retorquet dicens: in Eucharistia non solùm est Christi corpus, sed vera quoque panis accidentia & proprietates (uti Eranites admittiebat) ergo similiter in Christo vera sunt accidentia & proprietates corporis. In Christo proinde verum est corpus; cùm accidentia illa (tamen absque subiecto esse queant) secundum Scripturam tamē Christum afficiebant (proprietate enim Christus levissime dicitur, tristis, fatigatus, pauperrimus, comedens, &c.) non secundum naturam divinam. Ergo secundum humanam. Ab Eucharistia proinde ex concessis ab Eraniste validum argumentum Orthodoxus apud Theodorem deduxit. Sed quid vel apparet contra transubstantiationem inde deduci queat, non apparet.

**366** Neque ergo prior Theodoreti locus faver Calvinistis, neque posterior Lutheranis; sed umerque stabilis realitatem corporis sanguinisque Christi in hoc mysterio, transubstantiationemque panis & vini in ipsum, juxta communem isto tempore Ecclesias Catholicae sensum.

**367** Ad cuius maiorem evidentiam, observandum, quid scopus Theodoreti in secundo Dialogo est Eutychianorum hæresim confutare, qui hoc in puncto Apollinaris errorem fecerint, docebant unicam esse in Christo naturam. In quo licet omnes convenient, in explicacione modo non conveniebant. Inter varios porr̄ explicacionis modos, unus erat, quid cum Dei Filius sibi naturam copulavit humanam, de Virginis sumptam, ex utraque natura, divina & humana, sic facta esset una, ut humanam divina absorberet, sicut gutta melis, in mare proiecta, absorberet à mari. Et iste est modus, contra quem Theodorus pugnat in isto secundo Dialogo.

**368** Modum vero istum Theodorus sic intelligebat, atque intellectum impugnabat, ut natura humana divina unita, ex mente Eutychiani (contra quem agit) in naturam divinam mutata esset, ita ut non foret amplius ejusdem speciei cum natura nostra, nec retineret proprietates, & characte-

res naturæ nostræ, nec spatio post Ascensionem circumscripta foret. Theodoretus econtra probat Christi corpus, etiam post Resurrectionem & Ascensionem, fuisse circumscriptum, visibile, palpabile, reiisque formam, figuram, essentiamque humani corporis.

Cumque ad id probandum ex mysterio Eucharistia arguisset, Eutychianus ex eodem mysterio pro se arguit similiter: cum enim Orthodoxus confessus ruit symbola post consecrationem vocari corpus & sanguinem Christi, corporique & sanguinem Christi percipi in hoc mysterio, inde Eutychianus concludit: *Sicut ergo symbola Domini corporis & sanguinis alia sunt ante Sacerdotis invocationem, per invocationem vero mutantur, & alia sunt, ita Dominicum corpus post Ascensionem in divinam substantiam mutantur ej.*

Cui Theodorus responderet, symbola quidem 370 mutari in corpus sanguinemque Christi, taliaque credi, & ut talia adorari, sed ex hoc non sequi intentum Eutychianum, inquit sequitur contrarium: quia siue symbola non amittunt figuram panis & vini, remanentque sensibilia ut ante, ceteraque panis proprietates retinent; sic corpus Christi figuram & formam non amittit humanam, nec proprietates, qualitatesque corporis humani: *Rerum, quæ ipse texi, captus es.* Neque enim symbola mystica, post suam sanctificationem recessant a sua natura: manent enim in priore substantia, & figura, & forma, & videri tangi posunt, *sciat & prius.* Intelligentur autem ea esse quæ facta sunt, & creduntur, & adorantur, ut que illa sint quæ creduntur. Confer igitur imaginem cum archetypo. & videbis similitudinem. Operis enim figuram esse similem veritatis. Illud enim corpus priorem habet formam, & circumscriptiōnē, & ut semel dicam, corporis substantiam, immortale autem post Resurrectionem, & immutabile à corruptione factum est. sedemque a dextris adestum ab omni creatura adoratur. Quia Domini natura corpus appellatur.

Recte Theodorus at: *Confer igitur imaginem cum archetypo:* quia Eranites argumentatum tuerat, non à pane & vino, sed à symbolis, id est à speciebus panis & vini, ad corpus Christi jam glorificatum, velut ab imagine ad archetypum. Et inde Theodorus insularat, symbola illa veri corporis Christi esse symbola: Optimè, oportet enim imaginis esse archetypum, nam & pictores naturam imitantur, & eorum que videntur pugnant imagines. Si igitur divina mysteria antiqua sunt corporis veri: corpus ergo Domini nunc, quoque corpus est, non in divinitatem naturam mutatum, sed divinam gloriā repletum. Itaque argumentum Eutychiani inferuntur naturam humanam in Christo converfant in naturam divinam, ex eo quid panis in Eucharistia conversus fit in corpus Christi, Orthodoxus bene retorquet dicens: in Eucharistia non solùm est Christi corpus, sed vera quoque panis accidentia & proprietates (uti Eranites admittiebat) ergo similiter in Christo vera sunt accidentia & proprietates corporis. In Christo proinde verum est corpus; cùm accidentia illa (tamen absque subiecto esse queant) secundum Scripturam tamē Christum afficiebant (proprietate enim Christus levissime dicitur, tristis, fatigatus, pauperrimus, comedens, &c.) non secundum naturam divinam. Ergo secundum humanam. Ab Eucharistia proinde ex concessis ab Eraniste validum argumentum Orthodoxus apud Theodorem deduxit. Sed quid vel apparet contra transubstantiationem inde deduci queat, non apparet.

Objiciunt 6º. Gelasium I. adversus Eutychen & Nestorium, dicentem: *Non definit esse suę plantitia, vel natura panis & vini.*

Respondeo hunc Gelasium non esse Pontifici-

cem Romanum, sed Gelaſium Cyzicenum (Scriptorum Graecum, qui vixi tempore Baſiliſci Tyranni) uti cum aliis eruditis Baſilius offendit. Noudum exortis quidem adverſarii tranſubſtantiationis, liberiori uſu expreſſione, dixit ſubſtantiam vel naturam panis & vini remanere, ſed de ſymbolis id intelligens, more iſtius ſæculi, ut de Theodoore vidimus. Symbola quippe in Christi corpus mutari, unamque ex ipiſ & corpuſ Christi natūram conſtru contendebant Eutychiani, ut inferre poſſent corpus Christi in diuinitatē pariter transformari. Sed antecedens negabat Orthodoxi, panis hypothalim definire dicentes, manente ſymbolorū, non hypothal, ſed uſu, ſeu eſenu, quam & natūram, & ſubſtantiam legitimo ſenu appellabant. Ut enim ſupra dixi, habent accidentia certo ſenu ſubſtantiam ſuam, tametii juxta Ariftoteli apice (in quoſ nec Graeci nec Latini Patres jurabant) ſubſtantie accidentia opponuntur. Perperam ergo Gelaſius objicitur, tamquam adverſarii tranſubſtantiationis, pro qua eodem libro aperte ſe expreſſit, dicens: *panem mutari Spiritu sancto perficiente in diuinam natu- ram, ſeu ſubſtantiam. Quod quid eft, niſi tranſubſtantiationem exprimeſſum?*

373 Obiiciunt denique Rupertum, qui impanatio- nis aſterior euāt. Baſilius & Bellarmino viſu eſt, quia revera lubricie hac re locutus eft l. 2. in Exodum l. 6. in Joan. & I. 2. Offic. c. 2. & 9. Verū imprimis à Berengarii, adeoque & Calvini ſe abhorreſe ſententia proficit in epiftola nu- cupatoria Commentariorum in Joannem. Deinde in fine ejudem expreſſe dicit, *panem & vīnum in veram corporis & ſanguinis Domini tranſfreſ ſubſtantiam. Que ipiſimma eft tranſubſtantiationis do- crina. Quām confirmat l. 2. Offic. c. 2. dicens, quād panis & vīnum in veram corpus & ſanguini- num Domini tranſformantur. Denique in con- trarium dicere videtur l. 2. in Exodum, l. 6. in Joan. &c benignam patiuntur expoſitionem, ſen- tiumque Catholicum. Cūm enim permanere ait panis ſubſtantiam, id ait cum modiſatione, ſe- cundūm exteriorem ſpeciem, quiaque ſenſibus ſub- altam, five ſubſtantiam viſibilem, prout in Joa- nem loquitur. Non loquitur ergo de ſubſtantia prout accidentibus opponitur. Solum etiam negat accidentia panis, in accidentia Dominicī corporis converti, dum ibidem ait, *panem & vīnum no- mutari in carniſ ſaporem, five in ſanguini horro- rem.* Denique dūm dicere videtur, panem eodem modo a Verbo aſſum, quo humaniatem, non vult panem Verbo hypothetice uitum fuisse, ſicut humaniatem, ſed idem Verbum, quod aſſump- fit humaniatem, convertere ſubſtantiam panis in ſubſtantiam corporis ſe aſſumpti. Unum enim myſterium per aliud explicavit, myſterium vide lict Eucharistie per myſterium Incarnationis (cu- juſ eft extenſio) falvis utriusque myſterii differen- tia.*

## CAPUT XXVIII.

*Tranſubſtantiatis pane & vīno in corpus & ſan- guinem Christi, in hoc myſterio ſpecies ſacra- mentales remanent ſine ſubſtantiali ſubjeſto, tamdiuque Christi corpus & ſanguis ſub illis remanent, quamdiu ſubſtantia panis & vīni ſub illis remaneret, ſi per confeſerationem ibi eſſe non deſiſſet.*

374 Q Uodd ſpecies ſacramentales, id eft accidentia panis & vīni, figura, color, odor, ſapor, &c. in hoc myſterio remanent, ad ſenſum pa- ter: eas enim percipiunt uſu, odoratu, goſtu, tactu. Quod autem remanent absque ſubjeſto,

faltē ſubſtantiali (quod addo propter opinionem S. Thomae, in qua ſola quantitas panis & vīni rema- net abſque omni ſubjeſto, cetera verò accidentia ſubjeſtantur in quantitate) inde convincitur, quod non remanent in ſubſtantia panis & vīni, utpo- te ex diſi amplius non exiſtent. *Manifestum eſt etiam, quod huiusmodi accidentia non ſunt in ſub- ſtantia corporis & ſanguinis Christi, ſicut in ſub- ſtantia (aīl S. Thomas q. 77. a. 1.) quia ſubſtantia humani corporis nullo modo potest ha- accidentibus affici. Neque etiam eft poſſible, quod corpus Christi, gloriosum & impaſſibile exiſtens, alteretur ad ſuſcepſendai ejuſmodi qualitates.* Et ideo relinqui- tur quod accidentia in hoc Sacramento manent ſubjeſto. Quod quidem virtute diuina fieri poſteſt. Cum enim effectus magis dependeat à cauſa prima, quam à cauſa ſecunda, Deus qui eft prima cauſa ſubſtantie & accidentis, per ſuam infinitam virtutem confeſvare poſteſt accidentis in eſte, ſubratā ſubſtantia, per quam conſervabatur in eſte, ſicut per propriam cauſam; ſicut etiam effectus naturalium cauſarum poſteſt producere ſine naturalibus cauſis. Sicut humani corpus formavit ex utero Virginis ſine virili ſemine.

Et confiſmatur ratione divi Baſiliſi homil. 6. in 375.

Hexaēmeron: *Cum enim Deus poſſit plura facere, quam noſter intellectus inelli- geret. Et intellectus intelligat accidenti p̄aſter ſubjeſto: ergo Deus poſteſt hoc facere, quod accidentis ſit fine ſubjeſto. Idque Baſilius a Deo factum exiſtit in prima lucis creatione: lucem enim ſolis primò creata, tribus diebus ſubſtitue dicit ſine ſubjeſto. Solis enim corpus, ſubjeſtum iſipſis, non niſi quarto die condictum eft. Atqui (inquit) incredibile ne- mini videatur, & à fide abberen, quod diuum mihi eſt, aliud nimirū quoddam eſſe à luce ſplendore, aliud item corpus ſubſidenſ luci, ac ſubjeſto. Primum enim res omnes compoſita ſic a nob̄is diuidi ſolent, in ipsam eleſtianam ſuceptricem, & in eam que iſi accidit qualitatē. Ut igitur diuersa ſunt hec natūra, aliedo, inquam, & cor- pus dealbatum; ſic & ea qua modo diuum diſi- ferunt quidem, uita tamen, quarto die, ſunt po- tentia Creatoris. Itaque ne mihi dixeris, fieri hec non poſſe, ne lux à corpore ſolis ſeparetur. Neque enim ego lucis a ſolis corpore ſeparationem mihi ac tibi poſſibilem eſſe dico. Sed afferendum eſſe cenſeo, que mentis ſola agiſtione cogitationeque diſparari & fe poſſunt, ex re ipſa ſe jungi facultate Creatoris atriuque natura poſſe.*

Unde cum inter Wicheſ propoſitiones ſeconda 376

ſuifſet: *Accidentia panis non manent ſine ſubjeſto in eodem Sacramento. Propoſitio iſta cum aliis ejusdem hæriti in duobus Conciliis Londinenſibus anno 1382. & 1386. condenmata fuſt, ſicut & in Concilio Romæ celebrauo, & in Concilio Conſtantinensi iſl. 8. Ex quibus omnibus confeſtarum eft actuelam inherentiam accidentis in ſubjeſto, non eſte deſcenſio iſipſis, ſed aptitudinem dum- taxat, cum naturali quidem exigentia ſubjeſti, cui adiu inhaeſat; ſed cui Deus non tenetur fa- tisfacere; inq̄d poſſit ipsum accidentis ſupra na- rale exigentiam ſuam ſine ſubjeſto conſervare. Si corpus naturaliter poſtulat actuelam extenſionem, fine qua tamen diuinitus eſte poſteſt.*

Porrò accidentia panis & vīni, que ſine ſubjeſto diuum remanere, ea maximè qua tenu per- cipiuntur, idēc ſpecies panis & vīni vocari ſolent (inquit Elitus in 4. diſt. 12.) quia nimirū ſpe- ciem ſenſilitatidinem panis & vīni referant, ſub quibus, tamquam alieni involucris velata quoddam- modo conuentur corpus & ſanguis Christi. *Ur fides locum habeat.* (aīl S. Thōmas opus. 57.) dum viſibile inviſibiliter ſumitur; ſub aliena ſpecie oc- cultatur, & tenet a deſcepſione immunes reddan- tur, qui de accidentibus juſdicant ſibi noſi.

Q 3